



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 38. Vensorii responsa ad argumenta contra Societatis Institutum
proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

siens ea nullatenus Episcopis, Paro- Sæcul. XVI.
A. C. 1565.
chis, & Universitatibus esse noxia o-
stendit, omnesque provocavit, ut com-
probatum redderet, quod Jesuitæ hisce
privilegiis hucusque nunquam abusi-
ssent.

§. XXXVII.

Vesoriū responsa ad argumenta con- tra Societatis Institutum proposita.

Insuper ad omnia ea, quæ contra So- Argentre
cietatis institutum aut objecta fuere, pag. 354.
aut objici possent, respondit, porro cum
primo opponeretur lex, qua interdictum,
ne Collegia, ac novæ Religiones erige-
rentur, prout Lateranense, & Conci-
lium Lugdunense prohibuerunt, ne in-
gens hæc diversitas confusionem in Ec-
clesia pariat, hinc Vesoriū ad hæc
reposit, quod hæc interdicta non nisi
novos Ordines a Sacra Sede non ap-
probatos respiciant, idipsum autem in
Jesuitarum Societate non occurreret,
cum ea a summis Pontificibus, Con-
cilio, Ecclesia Gallicana, Rege, Aula,
Rectore, & Parisiensi urbe sit appro-
bata. II. Objiciebatur, quod Jesuita-
rum, & Societatis Jesu nomen nimium
fastum redoleat, imo offenditionem pa-
riat: respondit autem Vesoriū, quod
absque ratione nonnulli exinde offen-
dan-

Sæcul. XVI. dantur, nec majori jure hæc nomen-
A. C. 1565. clatura reprehendi possit, ac nomine
 Ordinum Sanctissimæ Trinitatis, sancti
 Spiritus, Filiarum Dei, de quibus ta-
 men hucusque nemo conquestus est:
 præfertim cum hoc Jesuitarum nomen
 potius ipsis suisset datum, quam sponte
 ab eis adoptatum, illudque ex humili-
 tatis amore ab eis esset retentum. III.
 Sugillabatur eorum habitus, ac hypo-
 critarum vestis nuncupabatur: verum,
 inquiebat Advocatus, hæc exprobra-
 tio nullius ponderis est, quia juxta ho-
 rum Patrum regulam sese ad modestiæ
 regulas vestiant sicut Ecclesiasticos
 ac modum eorum Ministeriis congruum
 decet. IV. Impugnabatur etiam illo-
 rum doctrina, eoquod Papam Synodo
 esse superiorem traderent, votoque ad
 plenam in omnibus submissionem sum-
 mis Pontificibus exhibendam sese ob-
 stringerent. Ad hæc reposuit Verso-
 rius, quod primam quæstionem hic de-
 cidere haud consultum sit, quoad alte-
 ram vero constare dixit, quod Jesuitæ
 Pontifici duntaxat in rebus licitis obe-
 dientiam spondeant: rursus tamen de
 prima quæstione agens inquiebat, quod
 Synodus Pontifice sit superior, quatenus
 est cœtus, cui ipsemet Spiritus San-
 ctus præest, cum dictum sit in sacris
 literis Act. 15. v. 28. *Vísum est Spiritui
 Sancto,*

Sancto, & nobis. V. Redarguebantur Sæcul. XVI.
A.C. 1565.
Jesuitæ, quod Paulus IV. ejusdem ex-
titerit Societatis alumnus, ac bellum
in Francia excitaverit, Guilielmus quo-
que Postellus pariter Jesuita fuerit: ve-
rum hæc Verlorius elusit dicens, si
Paulus IV. belli caufsa extitit, num id
hifce Patribus imputari potest? aliun-
de hic Pontifex jam est mortuus, Po-
stellus autem nunquam in Societate
professionem emisit, sed duntaxat No-
vitus fuit, a Societate dimissus. Haç
occasione Verlorius jactitabat in Jesuit-
is animum a privati quæstus studio
alienum, ac postea ad libellum suppli-
cem Parisiensis Episcopi, & Parochorum
respondens ita inquiebat: „quam-
„vis hi ostendere conentur, quod Ec-
„clesiæ plurimum intersit, ut Jesuitæ
„nec tanquam Regulares, nec veluti So-
„cietas, neque ad Juventutem instituen-
„dam admittantur, nihilominus cer-
„tum est, quod rebus ita prospectum
„fuerit, ut hi Ecclesiæ nocere non va-
„leant, si vero forte in eorum diplo-
„matibus quædam continentur privile-
„gia Episcoporum, & Cleri juribus no-
„civa, jam Possiacensis Conventus, qui
„eorum Institutum confirmavit, reme-
„dium opposuit: insuper iidem nequi-
„dem Universitati obsunt, eoquod non
„venerint solyere legem, cum se in om-
„nibus

Sæcul. XVI. „nibus Rectori obtemperaturos, ac le-
A.C. 1565. „gibus, & Universitatis Constitutiones
 „servaturos policeantur: num autem
 „plura ab eis exigi possunt? ad hæc ac-
 „ceperunt sua privilegia a Rege, & Pa-
 „pa, consentiente, & approbante ipso-
 „met Clero: proin ipsorum est, ut hæc
 „privilegia Jesuitis sarta conservent:
 „præcipue cum eadem privilegia ipsi
 „concessa nequaquam in ceterorum dam-
 „num extendere cogitent, parati, ut
 „ea restringantur, si quæ illis nociva
 „reperiantur. „ Denique cum etiam
 Mercatorum Præfectus fese huic ne-
 gotio ingessisset, caussatus, quod pub-
 lica utilitas Jesuitas expelli deposce-
 ret, hinc Versorius rursus omnes suæ
 eloquentiæ fontes exhausisse videbatur,
 ut hanc rationem everteret. „Quid in-
 „de periculi est, inquiebat ille, cum
 „hi Patres policeantur, quod Urbis
 „legibus se submittere, nulloque pacto
 „eas transgredi velint? „ Verum om-
 nes hæ rationes multorum timorem,
 quem ex novo hoc Instituto concepe-
 rant, nequaquam imminuebant, tan-
 dem vero conclusit Advocatus, petens,
 ut ipsius libellus supplex approbaretur,
 ratumque haberetur Claromontani Col-
 legii institutum, proin Jesuitis permit-
 teretur, quatenus sub horum exterio-
 rum disciplina juventus literis imbue-
 retur.

§. XXXIX.